

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et  
Iosephi**

Cum quadruplici Indice

**Cartagena, Juan de  
Coloniae Agrippinae, 1613**

Homilia Quinta. Prosequimur idem Argumentum, duplarem aperientes  
viam, qua intellegi potest, Deum facile Beatam Virginem à peccati  
originalis macula præseruasse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](#)

¶ Epiph.

Vbert. lib.

4. de vita

Saluator.

Act. 20.

(vt S. Epiphanius *Hæc. lib. 3. tom. 2. refert*) nonnulli fuerunt, qui tantum honoris B. Virginis detulere, vt eam tanquam veram Deam colerent. & quidem Vbertinus cōmemorat S. Dionysium, cum primum illam vidit, dixisse, quod, nisi fides sibi obesseret, putaret, illam Deum esse; quia ergo non pauci rudes homines, si exploratum habuissent, beatissimam Virginem non contraxisse peccatum originale, facile deciperentur, illam Deum esse putantes, id eo noluit Deus eos certos facere de hac veritate. Si enim olim, D. Paulum ad Miletii Insulam peruenientem, intuentes incolæ illius, quod inuadente illum viperæ, nihil veneni in eū euonuit, nec momordit, aut quidquam danni ei intulit, acclamarunt omnes illum esse Deum; quanto facilius indocti homines, si certi fuissent, viperam peccati originalis, alioquin omnes filios Adæ veneno suo insicitem, beatam Virginem non retigisse, Deam esse arbitrarentur? Disposuit ergo diuina sapientia hanc veritatem de immaculata Virginis Conceptione sub opinionum regimento latere, ne si id certum omnino heret, inde rudibus hominibꝫ occasio daretur pristinum illum errorem reficiandi, quem D. Epiphanius præcitato loco cōmemorat. Secundam, eamq; certissimam causam arbitror, quod ea propter sub opinionis inuolucris latitet, vt tanto solerter, ac diligenterius propagnatores immaculatae Conceptionis ad eam ab omni labore vindicandam animum appellerent. vt

D. Aug. lib. 16. de Ciuit. 16. de Ciuit. Catholicae pertinentia, dum aduersariorum calida inquietudine agitantur, vt aduersus eos defendi possint, & considerantur diligenter, & intelligenter clarus, & instantius prædicantur, & ab aduersario mota quaestio, discendi exhibit occasio. Sane proposita controversiae occasione stupenda, que latebant, bearæ Virginis encomia cum immortali eius gloria in lucem prodierunt. Confuevit quidem Reginis non semel fieri sericas vestes aures tela incus subornatas, quæ data opera per varias

partes scinduntur, ac lacerantur, vt per scissuras, ac foramina auri splendor intus latens effulget; non secus arbitror diuina prouidentia factum, vt pauci quidam immaculatam Virginis Cōceptionem lacerarent, vt (cum omnis gloria filia Regis abintus sit, vt Davidicis verbis utar) internus eius splendor eorum impugnatione magis effulgeret. Vnde contigile arbitror, quod quemadmodum in rebus naturalibus per antiparastasim contraria cōtrariis augentur, ita per inuoluntariam quandam antiparastasim illibatam Virginis Conceptionem oppugnantes magis ac magis illam elucidant, dum, vel omnia illorum tela in eos retoquuntur, vel nullius roboris esse ostenduntur, vt penultimam Homiliam huius primi libri legenti facile constabit. Dicendi ergo finem facio verbis illis Danielis. *Tu autem Daniel clade sermones, & signa librum usque ad tempus statutum, plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia; ac si dicaret: Nōdum aduenit tempus præfinitum, vt veritas hæc tanquam de fide referetur; interim tamen, dum clausa est, dum sub opinioni velaminè latet, multiplex erit scientia, hoc est (vt ait ibi Glossa interlinearis) diuersi diuersa opinabuntur. Scio locum hunc intelligi de Ecclesia Catholica, & impugnatoribus illius: at satius constat apud Catholicos ea, quæ de Ecclesia Catholica in sensu literali intelliguntur, frequenter à Patribus, imo & ab ipsa Ecclesia beatissimæ Virgini mysticè accommodari. Cui sit honor & gloria in secula sæculorum. Amen.*

*Psal. 44. Dan. c. 12. Gloss. interlin.*

## HOMILIA V.

Prosequimur idem Argumentum, duplum aperientes viam, qua intelligi potest, Deum facile Beatam Virginem à peccati originalis macula præseruisse.

Vt

**V**T duplex hæc via ad beatam Virginem ab originali labe præseruandam clarius omnibus innoteat, præmittere oportet duplum conditionem aperte necessariam extitisse ad huius peccati maculam contrahendam: prima, vt non solum primus parens esset caput naturale suorum posterorum, sed & morale, hoc est, vt non solum esset radix totius humanæ scbolis, sed insuper etiam per speciale pactum Dei, caput omnium eligeretur; ita, vt Deus omnium voluntates in eius voluntate hac ratione constitueret, vt si ipse iustitiam originalem vel consenseret, vel amississet, omnibus eam retinuisse, vel omnibus eandem perdidisse iudicaretur. Cum enim peccatum oporteat esse formaliter, virtualiter, aut interpretatio voluntarium, ideo ad id opus fuit, vt Deus omnium voluntates in voluntate Adæ collocaret, vt sic eo peccate, omnes eius filii per seminalem rationem propagati, peccatores censerentur, non per proprias voluntates, sed per voluntatem capitum, cuius membra sunt. Secunda conditio est, vt præceptum, seu lex imposta Adæ ad omnes eius posteros pertineat, quatenus in illo continebantur: nam, vt Apostolus dixit, *vbi non est lex, nec prænarratio*, ad contrahendum igitur peccatum originale, oportet utramque hanc conditionem omnino subfistere.

Ad Rom. 4.  
His præiactis fundamētis, cōmuni omnium consensu admisiliis, bisfariam assertores immaculatæ Conceptionis Deciparæ Mariæ, præseruationem a peccato originali intelligi posse arbitrantur. Graues enim quidam Doctores, & partim ex illustrissima Prædicatorum familia affirmat, beatam Virginem non solum non contraxisse peccatum originale, sed nec debitum Galat. ii. 3. incurendi illud: vnde aiunt, non solum de arcā. non peccasse in se, sed nec in Adamo; hi sunt Galatin. lib. 7. de arcā. cathol. verit. hi casib. verit.

& Catherin. lib. de pecc. orig. & li. de Cōcep. ad syn. Trid. existimant enim, B. Virginem exceptam fuisse per merita Christi à Deo præuisa in pacto illo cum Adamo inito, quod si ipse peccaret, omnes eius posteri per naturalem propagationem traducti, contracturi essent debitum incurrundi peccatum originale: Atque hoc (inquit) fuisse optimū genus redēptionis, quo B. Virgo ob existimam Matris Dei dignitatem p̄e omnibus aliis redimi decebat; ad eum certè modum, quo si quis, cum ei venditū fœmina aliqua in seruam, excepterit in contractu p̄imum filiū, nos seruus nascatur; certè talis filius excellentior modo esset redemptus, & liberatus, quam si postquam captiuus extitisset, libertate donaretur: ad eum etiam modum, quo sicut dominus fundi, habet sibi obligatos fructus, antequam nascantur, & actū sint in re, potest tūc illos vendere, accepto pretio pro illis, taliter, quod secundum esse, quod postea actu, & formāliter habituri sunt in rerum natura, numquā sint debiti, vel obligati domino fundi, sed emptori, qui iam soluit preciā pro illis: ita B. Virgo, prout erat in suis parentibus, seu in quantum individuum erat naturæ humanae, secundum rationē feminalem propagatum, peccare debet quidem in Adamo, vt in sua radice, secluso priuilegio; ab hoc tamen debito fuit exempta per beneficium, & priuilegium, excipiens eam à pacto illo cum Adamo inito, vnde factum est, vt nunquam esset debitrix peccati, sed solum Dei, & Christi filii eius. Evidēt modum hunc præseruationis, possibilem fuisse Deo, nemo Catholicus negabit, cum legislator Deus, nulla necessitate coactus, sed ex mera sua, & libera voluntate pactum initit cum Adamo, vniuersalemq; legem condidit, à qua potuit pro libito, quemcunque vellet excipere, ita vt in eo pacto minimē illa comprehendenteret. Quod ita factum fuisse fundatur in probabili opinione grauissimorum Doctorum assertorum, q; etiam Adamo non preuaricante, Verbum Cato q. 2. mēb. 9.

Catherin. II.  
de pecc. orig.  
& li. de cō-  
cep. ad Syn-  
Trid. par. i.  
cap. i.

D sicut;

Seco in 3. sen.  
d. 7. q. 3.

Alej. 3. par.

Galatin. 1. fieret; tunc certe Christus Dominus, &  
 de area. ca- Mater eius prædestinatus fuere, ante præui-  
 shol. c. 4. sionem calus primi parentis, & sic ex p-  
 Albe. Mag. uiss meritis Christi Domini potuit excipi  
 lib. s. de libe. in futuro pacto cum Adamo; decuisse au-  
 arb. c. i. a. 2. tem ita fieri, idq; reuera Deum optimum  
 Virgine in maximū effecisse, satis id persuader, quod  
 infit. Theo- Dei genitricem apprime deceat, quārum  
 log. c. 20. fieri possit, in fragili natura esse magis  
 Cater. opus. alienam, & elongatam ab omni labe pec-  
 de eximia cati: nam si (vt dixit D. Anselmus) oporten-  
 Christi pra- bat, Virginem ea puritate nitere, qua sub  
 deft. Deo maior intelligi nequeat, consequens  
 Jacob. de est, prædictum modum puritatis sibi con-  
 Valētia for-uenire per prædictam elongationem; ita  
 st. c. 102. ut non solum non contraxerit peccatum,  
 D. Ansel. sed nec debitus fuerit illud contrahendi,  
 ex meritis Christi; atque adeo cum modus iste possibilis, & intelligibilis sit, tri-  
 buendus est beatae Virginis iuxta senten-  
 tiam D. Anselmi. Atq; huius præclaran-  
 figura m hunc modum dicendi adumbrā-  
 tem legimus, vbi Rex Affuerus Reginae  
 Esther c. 15. Hester dixit: *Noli metuere, Non morieris:*  
*non enim pro te, sed pro omnibus hac lex cō-*  
*ficitur et: accede ergo, Et tange sceptrum,*  
*Non secus (inquit prædicti Doctores)*  
*lex incurriendi peccatum originale lata*  
*non fuit pro B. Virgine, immo ab ea exce-  
 pta propter sceptrum crucis Christi, ob cuius*  
*merita præuifa tantum priuilegium ei*  
*donatum fuit.*  
 Nonnulli verò ex iisdem assertoribus,  
 ac propagatorib; immaculatæ Virginis  
 Conceptionis, omnino dicendum autu-  
 mant, beatam Virginem, licet non tra-  
 xerit peccatum ipsum originale, contra-  
 xisti tamen debitum illud incurriendi, q; a  
 comprehensa fuit, sicut cæteri, in pacto  
 inito cum Adam: sicut enim, si ille non  
 peccasset, iustitia originalis omnibus eius  
 posteris abf; exceptione donaretur, ita  
 & parentia illius, ob peccatum primi pa-  
 rentis, eos omnes tetigit. fuit enim pec-  
 catum originale perfimile lepræ, quam  
 Giezi Propheta famulus contraxit; cum  
 enim à Naaman Syro, quem Propheta à  
 lepræ contagio morbo liberauerat, ille  
 munera quædam accepisset, ira percitus  
 Helisæus, in hunc modum ei maledixit:  
*Lepra Naaman adhæribit tibi, Et semini* Reg. 5.  
*tuo in sempiternum;* quod quidem, sicut  
 prædictus Propheta, re ipsa factum est, quia  
 Giezi lepra laborare coepit, & omnes eius  
 posteri eam contraxere: ad eundem mo-  
 dum, propter præuicationem Adami,  
 munera illa à serpente ei oblata acceptantis: *Eritis sicut Dii;* Deus ei, & omni eius  
 posteritatib; maledixit; adeo, vt non solum  
 ipse peccaret, sed per quandam contagio-  
 nem omnes eius posteri naturali modo  
 propagati, peccati originalis lepram sibi  
 contraherent. ad quod non incongrue ap-  
 plicari possunt verba illa Ieremia, *ad vo-*  
*cem loquela, grandis exarbit ignis in ea, Et* Terem. 11.  
*combusta sunt fructa eius; loqua namq;*  
*audita Euq; tortuosí serpens sibilo infecta*  
 primus parens peccati virus concepit, ac  
 illud in posteros suos euomuit; licet tamē  
 B. Virgo, quia erat in Adamo, sicut ceteri,  
 tanquam in radice, ac principio suo, na-  
 turali, & morali, peccato originali infici  
 debebat, ob diuinæ tamen gratiæ illam  
 præferuantis mirabile antidotum, neutri-  
 quam infecta fuit. Quemadmodū enim,  
 vt referat eruditus auctor Ioannes Raulinus *Ioh. Raulin.*  
 auctoritate Plinii id confirmans; apud *ser. de cœp.*  
 Indos inuenitus serpens quidam, nomine *in princ.*  
*Attuso:* p̄ se omnibus aliis serpentibus  
 veneno abundans, hic quandā arboreum,  
 maximo odore fragrantem, ac dulcissimum  
 fructum feret, tanto odio prosequitur,  
 vt radicem eius virulentio suo halitu infici-  
 ens, flores, ac fructus eius penitus per-  
 dat: nam infecta radice arboris, ex conse-  
 quenti ramis ab ea infectum humorem su-  
 gentes, inficiatur: addit tamen, cultores  
 arborum, *ad hoc damnum præcaendum,*  
 illud præsentissimum inuenisse remedium,  
 cōfectionem quandam, ex theriaca arbo-  
 ris germina inungunt, per quam à radice  
 infectione contrahenda omnino præser-  
 vantur: nō secus infectissim⁹ serpens antiquus pulchram illam humanæ naturæ  
 arborem, quam ad imaginem suam Deus  
 creauerat, suauissimum iussitæ originalis  
 odo-

*Sap. 2.* odorem exhalantem, ac dulcissimos bonorum operum fructus germinantem, inuidit odio prosequens, iuxta illud Sapientis: *Inuidia autem Diaboli, mors introiuit in orbem terrarum; radicem eius, hoc est, primum parentem humani generis primordium, peccati veneno infecit, & in eo etiam consequenter ramos, ex eo oriundos maculauit; vt tamen haec infectio ad ramum, seu germen B. Virginis non pertingeret, diuinus ille agricultor, qui filium agricolam se esse gloriatur, *Pater meus, agricultor est;* mirabiliter ac salutifera illa confectione aquae, & sanguinis ex latere eius in Cruce fluentis, velut probatissima theriaca, ab aeterno praesumam futuram Matrem suam inunxit, atque hac ratione illam preseruauit, non a debito contrahendi maculam originalem, sed ab actuali huius macula contractione. Quam veritatem, et si non pauca persuadent, tam a me iam producta, ac pleraque alia mox producenda; illa tamen verba Davidis canentis:*

*Psal. 80.*

*Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei,* non parum illam confirmat: Si inter alia preclara, atque gloriose, quae dicta sunt de Mariam hac Ciuitate, quam Deus sibi edificauit, illa memoranda Isaiae verba perpetdamus: *Vrbs fortitudinis nostra Zion, Salvator ponetur in ea, murus, & antemurale;* ecce vocat beatam Virginem: *Vrbe fortitudinis, per Antoniam;* quia Iesus Salvator Mundi, erat eius inexpugnabilis murus, & antemurale: vnde, cum infestissimus humani generis hostis solidissimum humum murum irrumpere nequuerit, nec Ciuitatem hanc deuastare, aut quidquam lacerare potuit. Preddixerat quidem filius Dei per Prophetam Zachariam: *Ego ero ei murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius.* ecce, non solum aut Dominus, sed instar muri, propugnaculum forte in protectionem huius Ciuitatis, sed & gloriatum, se in medio illius, sanctitatis suae splendoribus coruscare: quae autem conuentio lucis increatae ad tenebras peccati? aut que societas Christi ad Belial originallis culpe? Scio quidem impugnantibus

immaculatam Virginis Conceptionem placere sibi magis, ut predicta tam Davidis, quam Isaiæ verba, de Ecclesia militante, & non de B. Virginie intelligantur; sit vtique, prout illis placet; meminerint tamen, Sapientem dixisse: *adficiatio Ciuitatis confirmavit nomine,* & super hac mulier immaculata egyptabitur: Ciuitas quidem posita in quadro, quatuor sc. Euangelistis rotobata, Ecclesia sancta effigie nomen Christi constabilit, & contra hereticos acriter pugnantem, tuetur, & protegit: super hanc autem Ciuitatem, cum Maria concipitur, mulier quidem, nulla peccati labe polluta; sed immaculata constituitur. Ne autem quispiam dicat, Virginem immaculatam quidem fuisse post Conceptionem, non in conceptione ipsa; reuocet quæsto in memoriam verba D. Petri: *a quo enim 2. Pet. 2. quis superatus est, huius seruus efficitur.* ex quibus apertissime constat, quod si B. Virgo in Conceptione sua maculam contraxisset, a Diabolo quidem illam maculante superata extinxisset, & consequenter terra eius facta fuisset, quia, *a quo quis 2. Pet. 2. ibid.*

*Ips. 26.*

*peratus est, huius seruus efficitur.* Vnde necessario fieret, ut prius Diabolus per peccatum, quam Deus per gratiam Virginis contractibus possessionem accepisset, quod prie abhorrent aures. Nam, cum possesso, idem sit *Sylva ver-*  
*(vt liris perit adnotant) quod pedis sessio, bo possessus,* seu *pedis positio,* vnde dominus fundi, aut *Mols de domo* non aliter eius possessionem accipiit, quam illa pedibus calcando; ad quod *tex. 1. tract.* allusisse mihi videntur verba Deuteronomii, & losue: *omnis locus, quem calcauerit Deut. 11. pes, vester erit: quis (rogó) non exhortescat Iosu. 1.* dicere, electam Virginem in Matrem Dei, in ingressu huius mundi ab infestissimo hoste, possellam, ac pedibus Sathanæ impudentur calcatam? è contra certè accidit, ipsa Virgine dicente: *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Quod si rursus occurras, haec, quæ pias aures horrere nobis videntur, necessario admittenda, nisi Mariam capriuam negemus, & à Christi redemptione illam excludamus; mentis aciem, obsecro, conuerte ad *Exod. 13.*

D 2 cele

celebrem illam historiam exitus filiorum Israel de Aegypto, ut inde facilè conicias. B. Virginem singulari modo à Christo fuisse redemptam, quantumvis in eius Conceptione sub Diaboli captiuitate non extiterit. Sanè in exitu illo filiorum Israel, neenon in itinere, quod in Terram promissionis consecerunt, duplum lego redemptionem. Prima fuit à dura Aegyptiorum seruitute. Secunda à misera Pharaonis captiuitate, in quam iteratò sine dubio venirent, nisi Dominus in brachio excelso eos præliberasset, mare rubrum eis aperiens, ut sicco pede transirent; hostesq; eorum, aquarum vorticibus intuluerent, ut facile suffocarentur; primā illam redemtionem, subleuatuam dixerim; secundā, præseruatuam merito compellarim, sacris eloquiis id me docentibus: nam Exodi, de prima illa redemtione loquens Deus, ait: *Ego Dominus, qui educamus erga istulum Aegyptiorum, & eruamus de seruitute; ac redimamus in brachio excelso, & iudicis magnis; ecce redemptionem subleuantem eos à miseria, in qua iacebant; referēs autem gratias Deo Moyses, quod Aegyptios, & Pharaonem submerserat, ac filios Israel ab eorti persequitione cipuerat, ait: Dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti: ecce redemptionem præseruantem à seruitute, & captiuitate, in quam denuo venirent, si à Pharaone iterum cōprehenderentur. Hoc ergo excellentiōri genere redemptionis præseruatua, redempta fuit B. Virgo. Illud deinde (quod & nostro argumento valde inseruit) in hac sacra historia observatione non minus dignum censeo, quod quamvis duplex illa redemptio subleuatua, & præseruatua in exitu ab Aegypto intercessisset, Maria tamen soror Moysis tympanum non assumpit ad diuinas laudes in gratiarum actionem decantandas, quando prima accidit redemptio subleuatua, sed cum secunda aduenit præseruatua: tunc enim sacer textus, ait: *Sumpsit Maria prophetissa, soror Aaron tympanum in manus sua &c. quibus præcinctus dicens:**

*Exod. 14.*

*Exod. 6.*

*Exod. 15.*

*Ibid.*

*Cantamus Domino, glorie enim magnificatus est; equidem Maria illa Virginem Mariam adumbrabat, quæ quia minimè redemptione subleuatua à miseria peccati, sed præseruatua per Christum redimenda erat; ideo ad singulare hoc mystrium adumbrandum, Maria soror Moys non cecinit, nec retulit gratias in prima redemptione, sed in secunda, quæ Virginis redemtionem præfigurabat. Illud etiam silentio præterire non licet, quod facit textus, postquam Maria diuinis illas laudes Deo cecinit, non amplius illam vocat Moysis sororem, sed Aaronis summi sacerdotis, ut significaret (quia omnia hec in figura contingebant illis) per sacrificium, qd Christus summus sacerdos in arca Crucis Deo Patri obtulit, singulare illo præseruatua redemtionis genere Deipatam Mariam redemptam fuisse.*

*t. Cor. 10. Lxvii. 2.*

*Ad hæc illud mihi facile suadet, Deum optimum maximum puritatis Matris suę sollicitam curam gessisse, quod in veteri lege præcauit, ne quidquam sibi offeretur fermento admixtum: *omnus oblatio, quæ offeratur Domino, absq; fermento fit;* exquirentes autem Interpretes huius præcepti caufam, cōfessione respondent, propterea Deum à Tabernaculo suo fermentum relegasse, quia peccati figura geriebat, iuxta illud D. Pauli: *Itaq; epulemur non in fermento veteri, neq; in fermento malitia, & nequitia, sed in azymis sinceritatis, & veritatis; cum n. fermentū, nihil aliud sit, quam massa acida, & corrupta, peccati corruptionem meritò delineat, & præterim originalis: quia sicut modicum fermentum totam massam corrupit, veit Apostolus, ita culpa originalis totam naturam humanam inficit: ii igitur Deus fermentum, quia figura erat peccati, à tabernaculo suo longe propulsavit: quanto magis credendus est, peccatum ipsum à Matre sua propulsasse, in cuius uteri tabernaculo per nouem menses corporaliter requiescere decreuerat, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in secula sæculorum. Amen.**

*t. Cor. 5. Gal. 5.*

*HO-*